



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 6. Judæi expelluntur e Francia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

cum duobus aliis Equitibus ad Papam legavit hac de re conquesturum. Papa Guilielmum Musciaci Abbatem, & Arnaldum Aufcensem, Canonicum Cosedianum ad Regem misit cum epistola, in qua dicebat, conscientiam suam nihil, quod ad se ipsum attineret, exprobrare sibi; nolle se tamen excusare Legatorum facta, donec de his edoceretur melius. Se mirari Præsules, quorum plerique, antequam Papa fieret, amici fuissent sui, ad se non recta suas detulisse querimonias. Se suorum errata, postquam ea noverit, correcturum. Dabat Burdigalæ 27 Julii. Querelæ oppido graves fuerint, necessum est, quippe quæ permoverint Regem, ut ad Papam tam amicum sibi talem legationem mitteret.

Sæcul. XIV.
A. C. 1306.

Id. p. 584.

§. VI.

Judæi expelluntur e Francia.

Interea Rex Philippus Judæos e regno pulsurus suo, omnes eodem die D. Magdalenæ sacro 22 Julii an. 1306 comprehendi jussit tam secreto, ut vix præfentiscerent. Cuncta eorum bona, quæ quidem detegi potuere, fisco addicta sunt: solum id pecuniæ cuique relictum est, quod erat opus, ut educeretur e Gallia. At sub poena mortis prohibitum fuit, ne redirent. Hoc imperium executioni dabatur

Id. p. 565. 98

C. Nang. p. 622.

Sæcul. XIV. batur mensibus Augusto ac Septembri.
A. C. 1306. Pauculi quidam salutis fonte se curabant
 ablui, ac remanebant: de cæteris multi
 in via ex defatigatione aut moerore
 interierunt.

§. VII.

*Agitatur consilium subveniendi
 Palæstinae.*

*Bal. I. p. 6.
 C. Nang.
 p. 624.*

Papa Lugduni cum Rege Philippo &
 Cardinalibus deliberabat inter alia de
 suppetiis terræ sacræ ferendis: ac de
 consilio eorum Hospitalarii Templarique
 Ordinum Magistros in Oriente versantes
 ad se accivit in Franciam. Ad priorem
 scripsit in hanc sententiam: Ad exequen-
 dum quam maturissime propositum no-
 strum acriter excitamur a Regibus Cy-
 pri & Armeniæ, qui nos urgent, ut sibi
 auxilia submittamus. Idcirco statuimus
 ea de re tecum atque cum Magistro Tem-
 pli consultare, præsertim quia ob loco-
 rum vicinitatem, longam experientiam,
 & multam meditationem vestram nobis
 melius quam alii, quid agendum sit, sua-
 dere scietis; præterquam quod nego-
 tium post Ecclesiam Romanam vos ma-
 xime contingat. Mandamus itaque, ut
 venias, quam poteris, secretissime ac mi-
 nimo cum comitatu, quia sat multos Or-
 dinis